

I. N. D. O. M.
DISSERTATIO ACADEMICA

DE

NOBILITATE,
DEMORTUIS COLLATA,

QUAM

CONSENSU AMPL. FACULT. PHILOSOPH. IN REG.
AD AURAM ATHENÆO

SUB PRÆSIDIO

MAG. JOHANNIS BILMARK,

HISTOR. ET PHIL. PRACT. PROFESS. REG. ET ORD.

Publice ventilandam sifit

JOHANNES AGANDER,


Wiburgensis.

In AUDIT. MAJORI Die .^K VI. Maji An. MDCCCLXXXI.

H. A. M. C.

A B O Æ

Impressa apud Viduam Reg. Acad. Typ. J. C. FRENCKELL.



§. I.

Quam animis mortalium alte indidit Summus rerum omnium Conditor. *Φιλαυτία*, tantum abest, ut per se sit vituperanda, ut eadem potius, dum rationis nostrae imperio regitur, torporem excutiat naturalem & stimulos nobis addat ea anquirendi, quæ felicitatem nostram vel confirmare, vel etiam promovere poslunt. Hæc quoque est, quæ nobis dicitat, tutissimam ad dignitates pervenienti viam esse eam, quam egregia sternunt facta, honoremque, qui consistit in propenso aliorum de nostris meritis judicio, non nisi iugis virtutum exercitio comparari. Sicut enim virtus digna est, quæ propter seipsum expetatur; ita etiam eadem facit, ut illum, cui ipsa eminenter inest, omnes amore ac veneratione quadam prosequantur; præfertim si patriæ, civibusque suis ita inservierit, ut meritorum ipsius splendori nulla proprii lucri aut commodi nebula sit admixta. Non desiderat quidem virtutis alumnus illa veneratio-

nerationis sive publicæ sive privatæ documenta, quæ ipsi passim exhibentur, nec encomia illa, quibus tanquam gloria quadam nomen ejus ornatur, adfectat, quum neutrum permittat ipsius modestia; sed nec tamen eadem, imprimis contra spem & opinionem collata, adsperrnatur, amplissimam laborum exantlatorum mercedem censens, a suis probari civibus. Huc quodammodo spectat id, quod de THEMISTOCLE legimus, qui aliquando interrogatus: quem vitæ diem sibi maxime gloriosum putaret? illum, inquit, quo post victoriam Salaminiam in theatrum progreslus, omnium spectatorum oculos in me unum conversos cernerem. Ita omnino est, honorificentius enim est, tacite ignotumque probari, quam publica panegyri præsentem celebrari. Nec multum subinde refert, a quo promeritus nobis deferatur honos; ipsa enim simplicitas ingenuum magis delestat, quam Optimatum minus spontanea recordatio. Et procul dubio majori honore ex sua sententia affectus fuit Celeberrimus GELLERT a rustico, qui in signum grati animi ob fructus, quos ex lectione librorum illius hic se percepisse fatebatur, ipsi obtulit modicam lignorum molem, quam si carmen diu meditatum doctus quispiam illi confecrasset. Valent autem ea, quæ hactenus attulimus, de existimatione simplici, in qua videlicet agentis merita tantummodo in censum veniunt.

§. II.

Enimvero bonus quilibet Princeps, qui suorum civium est Pater, virtutem algere non sinit, sed quoties insignium meritorum radii e tenebris vel squalore promicant, toties tales cives in apricum producit atque in altioribus honorum gradibus constituit, ut ampliorem habe-

ant occasionem dotes, sibi sive a natura sive a fortuna concessas, in multorum commodum explicandi. Comprobatur hoc ipsum Historia, quæ docet apud Hebreos, Græcos, Romanos, Germanos, Gothos, immo apud populos tantum non omnes præmia & honores Viris bene meritis fuisse paratos. Quod quidem institutum nec æqualitati hominum naturali repugnat. Cum enim Status Naturalis pro præsente mortalium indole sic ineptus, in quo desideraramus consequamur felicitatem, igitur invitante naturali instinctu & vividente sana ratione homines in societas, quæ bonorum sunt præsidia atque virtutum regula, convenerunt. Hæ autem sine ordinis observantia consistere non possunt; ubi autem ordo est, ibi quoque est prius & posterius, ibi simul majus & minus invenitur; quare necessum fuit, ut in Societate esset quædam inæqualitas & distinctio cum munerum tum etiam cum his connexarum prærogativarum, eum quidem in finem, ut caritas inter homines alatur, ut superiores inferioribus opitulentur & prosint, & hi illi obediant, atque adeo in apparente hac diversitate sit realis quædam unitas ac vera concordia. Qvum itaque honorum studium officiis hominis & civis non repugnet; haud mirum est, si Viri erectionis indolis verum honorem, non vanam gloriæ auram, summopere expeterint; prebe gnari, quod sicut illi essent luculentæ meritorum testimonia, ita hæc esset impotentis animi & fusaque potissimum admirantis frivolum oblectamentum,

§. III.

Quamvis autem multi multa, eademque prorsus præclara præstiterint, ut promeritis vivi fruerentur honoribus; docet tamen experientia, quod haud pauci hac sua

sua spe exciderint, & quod honos instar Phœnicis fuerit, qui ex cineribus clarorum Virorum succrevit, nec ipsos concomitatus, sed subsecutus fuit. Cujus paradoxi variae adferri possunt causæ. Licet itaque Natura quosdam insignibus animi dotibus instruxerit; ipsa tamen simul nimis parea fuit in tribuenda corporis forma, quam minus felicem præbuit; & hunc proinde corporis habitum, ab animi indole diversum, primam constituimus causam honoris, vivis denegati. Ceteri enim mortales hinc occasionem sibi sumunt, nomen præstantium Virorum obscurandi, & contemptum eorum apud præsentes ciendi; quasi vero non oporteret illi favere, cui ipsa Natura in singulis non fuit propria. Sic licet Lacedæmoniorum Rex AGESILAUS multas res domi forisque præclaras gessisset, attamen quum exiguus & altero pede claudus esset, & cives sui sinistram de ipso foverunt opinionem, & hostes ipsum contemperunt; quasi eximiis virtutibus non aliis esse posset ornatus, nisi qui proceritate corporis emineret. Deinde iniqua fortuna impedimentum haud leve multis, ad honores per meritorum semitam contendentibus, objicit; siquidem plerique homines astiment alios non tam ex virtutibus, quam ex negotiorum successu felici. Oblique etiam intervenit invidia, quæ umbram luci miscet, ne meritorum ac beneficiorum jobar nimis late explendetcat; unde fit, ut multi, qui laudantur quidem, præmia tamen desiderent. Ad posteros autem solum meritum, nulla pervenit invidia. Bene ergo Statius:

*Mox tibi, si quis adhuc prætendit nubila livor,
Occidet, & meriti post te referentur bonores.*

Ipse etiam agendi modus sicut ad famam vel augendam vel minuendam; ita etiam ad honores diuersimode confert.

Quodcunq; enim simpliciter & absque magno quodam ap-
paratu fit, id plerumque, quantumvis in se fuerit eximi-
um, parum aestimatur; dum contra alia, tantum quod
sint insolita, alios in multam conjiciunt admirationem.
Ex quo fundamento heros sagatus communiter præfer-
tur togato, licet hic obortas belli tempestates sine ullo
patriæ suæ periculo, ille autem cum ingenti civium suo-
rum dispendio composuerit. Qvibus jam allatis cauissis
addere licet, tum quod quorundam modestia faciat, ut
alii eos minus aestiment, quos minus sibi ipsis statuere
preium animadvertunt, tum etjam quod commune hoc
sit mortalium vitium, ut sua tum demum intelligent
bona, quum quæ in potestate habuerunt, ea amiserunt;
haud aliter ac peregrinantes præstantiam lucis solaris tum
agnoscunt & celebrant, postquam noctis tenebræ ingra-
vescere coeperunt. Denique, quum Principes, qui præ-
cipuorum in civitate sua honorum sunt arbitri, meri-
ta civium diversimode tam propter se, quam ratione re-
rum circumstantium aestimare soleant, diverso etjam
modo eisdem honores tribuunt, & jam solem orientem,
alio autem tempore eundem occidentem respiciunt.

§. IV.

Inter honores autem, quibus frui civibus datum est,
præcipuo quodam loco inde a remotissimis temporibus
habita fuit *Nobilitas*, qua tamen intelligitur non tam *E-
thica*, quæ consistit in illa sive tacita sive publica aesti-
matione, qua singulos prosequimur, quos virtutibus ac
meritis eminere cernimus, unde veteri dicitur prover-
bio: *Sola virtus nobilitat*, quam potius *Politica*, consi-
stens in illo dignationis gradu, quem summus Imperans
civi, de se & sua patria optime merito, concedit. Atque
ut

ut hæc ipsa foret conspicua, insignia quædam, tituli ac prærogativæ cum isthac nobilitate solent conjungi; ad illa pertinent arma gentilicia certis figuris atque emblematis ornata, ad has autem spectant immunitates & peculiaria quædam jura, apud diversas nationes non eadem. Enimvero sicut ambitione mortalium plus ultra plerumque tendit; ita nobilibus non satis fuit, a ceteris civibus dicto modo distingvi, sed etiam dignationum gradus inter ipsos fuerunt introducti, unde diversi Nobilium Ordines exsisterunt, ita quidem ut saepe non minus statuatur discrimen inter eos, qui sunt in suprema & infima Nobilium classe, quam inter hos & cæteros cives ignobiles. Quocirca solummodo observamus, tum quod in patria nostra antiquissimis temporibus ingenui disperserentur in *Tignarmān* & *Bondones*, tum etiam quod antiquæ nostræ leges mentionem faciant plurium nobilitis graduum, utpote 1:o *Illustrium* *Friborne*, Equitum & Nobilium de senatu. 2:do Equitum & Nobilium extra senatum. 3:to Nobilium Equitibus æquiparandorum. Qualis nostro ævo sit apud nos Nobilitatis constitutio, nisi in patria plane hospitent fugere potest neminem. Enimvero licet Politica Nobilitas sine Ethica nunquam esse possit, siquidem illa alias virtutis non foret præmium; non tamen singulæ virtutes per se sunt aptæ, quæ nobilitatem politicam suis concilient cultoribus, sed necesse omnino sit, ut ex earum sint numero, quæ in totius societatis salutem tendant ac se se late diffundant; quare temperanïæ, mansuetudinis, disciplinæ domesticæ atque aliarum ejusmodi virtutum causa quempiam Nobilitatis insignia obstinuisse, nulli, quos novimus, annales memoriae produnt, ideo quod benefica harum indeoles vel singulas personas respiciat, vel saltem intra privatos se se exferat parietes. At si quis sive justitiam in tribunali-

nalibus æqua lance administrando, hinc malitiam valide represserit, inde implicatam insidiis innocentiam libera-
verit, sive imminentes Patriæ suæ calamitates sua pru-
dentia ac fortitudine averruncaverit, vel scientiarum li-
mites suis lucubrationibus & observationibus in generis
humani utilitatem prorogaverit, vel etjam magnam op-
um suarum partem in subsidium patriæ exhaustæ im-
penderit; hæc singula tanti censemur momenti, ut per
tales meritorum gradus civis ad nobilitatis culmen pos-
sit provehi.

§. V.

Quæsitus saepius fuit: An Nobilitas esse debeat hereditaria, adeo ut ipsa ad posteros, quales demumcun-
que illi fuerint, per se devolvatur integra? Dantur non-
nulli, iidemque rigidi adeo morum & institutorum cen-
sores, ut hoc ipsum aequitati naturali minus convenire
existiment. Quum enim nobilitas sit præmium virtutis
atque egregiorum factorum, nihil minus æquum judi-
cant, quam ut quidam cives per nativitatem jus obti-
neant, consequendi honores ac titulos, nec non alias
prærogativas, quas non promeruerunt, & quibus non
nunquam sunt indigni. Contra vero ea monent alii, no-
bilitatem non sine omni in patriam fructu jure heredi-
tatis devolvi in posteros. Quum enim generosi paren-
tes suos liberos posterosque intentissimo amore comple-
ctantur, eisque optime cupiant, nullam omnino occasio-
nem prætermittent, nec ullis parcent curis aut sumtibus,
ut filios posterosque uti suis titulis ita etjam virtutibus ac
meritis suis dignos relinquant, si sciant, eosdem in con-
sortium suæ nobilitatis per ipsam nativitatem venturos.
Liberi vicissim famosas Majorum imagines longa nec
inter-

interrupta ferie dispositas videntes, hinc excitabuntur ad præclara quævis facinora, haud aliter ac MILTIADIS tropæ THEMISTOCLEM dormire non sinebant; nam torpidus admodum est, quem non Pater Æneas & a vunculus excitat Hector. Medium heic tenuerunt Reges nostri sapientissimi, qui nobilitatis insignia & nomina nec non quasdam immunitates esse voluerunt hereditarias, munera autem honorifica non nativitatis decora, sed meritorum statuerunt præmia.

§. VI.

Ambiguæ magis sunt quæstiones: An Nobilitas etjam conferenda sit Viris, jam pridem demortuis, sed quorum, dum vixerunt, insignia fuerunt merita? Item an tale institutum patriæ prodesset? Verum quidem est, quod vita defuncti nullo rerum hujus mundi sensu adficiantur: attamen nihil impedit, quin in ipsis, licet post fata, conferatur honos, pro quo obtainendo & post discessum e vita continuando nullas ipsis subterfugerunt molestias aut labores, nec ullis pepercerunt sumtibus, quos ipsorum ferret conditio. Proinde nec ab æquitate naturali nec a publico commodo est remotum, si nobilitas, alicui concessa, non descendat modo ad liberos posterosque, sed ascendat etjam ad parentes licet demortuos; quippe qui in vivis adhuc superstites, scientes qualis ipsis maneret honos, pro liberis suis optime educandis & ad conspicuas dignitates per meritorum gradus promovendis maxime laborarent, quum ita sperare possent, se in societatem honoris, in liberos collati, fore perventuros. Quid? Quod ingenua grataque posteritas progenitores suos, quos vivos satis colere non potuit, post horum obitum in consortium indeptæ nobilitatis libenter adsu-

met. Quo quidem instituto sicut vanitati locus præcidiatur; ita vicissim nullius virtuti via ad nobilitatis decora obtinenda ullo tempore est præclusa, quin potius lumen a parentibus accensum quidem, sed a filiis illustrius factum ab his ad illos gratissimo repercutietur modo.

§. VII

Quamvis frequentiora sint exempla Nobilitatis in posteros progressivæ, quam in parentes retrogradæ; nec tamen hæc prorius desiderantur, ceu annales docent; horum itaque quædam tantummodo, brevitati litantes, in medium proferemus, alterum exoticum, domesticum alterum. Sicut igitur in valetissimo Chinensi imperio varia ab antiquissimis inde temporibus vigent instituta, a nostris moribus remota; ita etjam nobilitas ibidem est personalis, quee nunquam in liberos devolvitur, interdum autem in parentes demortuos revolvitur. Sed hoc ipsum graphicè adeo describit G. T. RAYNAL dans L' Histoire Philosophique & Politique des établissements des Europeens dans les deux Indes Tom: I. p. m. 141, 142, ut propria ipsius verba, quamvis austera sapient philosophiam, bona lectoris venia proferam: *Cette Morale sublime, qui perpetuë depuis tant de siècles le bonheur de l' Empire Chinois, se seroit peut être insensiblement altérée, si des distinctions chimeriques attachées à la naissance, n' eussent rompu cette égalité primitive, que la Nature établit entre les hommes, & qui ne doit céder qu' aux talens & aux vertus. Dans tous nos Gouvernemens d' Europe, il est une classe d' hommes, qui appartiennent, en naissant, une superiorité indépendante de leurs qualités morales. On n' approche de leur berceau qu' avec respect. Dans leur enfance tout leur annonce qu' ils sont faits pour commander*

der aux autres. Bientôt ils s' accoutument à penser qu'ils sont d'une espèce particulière, & sûrs d'un état & d'un rang, ils ne cherchent plus à s'en rendre dignes. - - Cette institution, à laquelle on a dû tant de Ministres médiocres, de Magistrats ignorans & de mauvais Generaux ; cette institution n'a point lieu à la Chine. Il n'y a point Noblesse héréditaire. La fortune de chaque citoyen commence & finit avec lui. Le fils du premier Minister de l' Empire n'a d'autres avantages au moment de sa naissance, que ceux qu'il peut avoir reçus de la nature. On annoblit quelquefois les ayeux d'un homme, qui a rendu des services importans : mais cette distinction purement personnelle, est enfermée avec lui dans le tombeau. & il ne reste à ses enfans que le souvenir & l'exemple de ses vertus.

§. VIII.

Quo plura motiva, imprimis quo majora ac diutiniora præmia virtutibus ac meritis publice sunt proposita, eo major etiam est spes, plures in civitate futuros, qui tam interna officiis suis satisfaciendi obligatione commoti, quam externis honorum ornamenti excitati, nulli parcant studio, ut egregiis in patriam civesque suos meritis aditum sibi ad nobilitatis fastigium parent. Hanc ingenii humani indolem probe cognoscentes Reges, qui Svethecum ornarunt solium, non tantum decreverunt, ut nobilitatis tituli ac jura a Parentibus, qui eadem primi obtinuerunt, ad ultimam eorum posteritatem, ceu bona hereditaria, transferrentur, sed clementer nonnunquam statuerunt, ut illorum Patres, qui, donec vixerunt, fuerunt illustres, post fara haberentur ut illustrissimi; aperte testantes, tum quod insignia defuncti Patris merita egregio filio auctum nobilitatis axi-

oma pepererint, tum etjam quod præpropera mors
 destinatos Patri honores ipsi cum vita surripuerit. Hu-
 jus cum plura adferri possent exempla, unico erimus
 contenti. In Templo Cathedrali Aboensi cernitur exi-
 miuum monumentum sepulcrale in memoriam Illustrissi-
 mi ACHATII TOIT, quondam Regni Senatoris &
 Campimareschalli erectum, cuius capulo ex ære con-
 fecto inclusum est Diploma Regium, quo Herois modo
 nominati filius Dominus CLAUDIUS TOTT a Regina
 Svethiæ CHRISTINA, quæ ipsi optime cupiebat (•), u-
 na cum Patre in supremam Nobilium classem, in Ordin-
 em videlicet Comitum, cooptatur; quare etjam Domini-
 nus ACHATIUS TOTT in cenotaphii jam memorati
 marmore, quod præcipua ejus merita deauratis litteris
 expressa s̄istit, saluratur Comes de Carleborg: quem ta-
 men titulum Regina Serenissima filio ejus D:no Claudio
 Tott primum addidit. Juvat autem ex gratiosissimo
 hocce Dipломate, quædam tantummodo momenta,
 quum illud sit prolixius, quæ ad præsens spectant insti-
 tutum, adferre. Wij Christina &c. &c. Giöre vitterligit,
 at åndock dygd och åra altid är heder och vördring vård,
 så är det likväl allenast då, när hon så vida år upstigen
 och avanceret, at de som därmed begåfvade åro, haf-
 va förmedelst sitt dygdige, tappre och redelige förhål-
 lande meriterat at förhöjas til de högste och värdeste
 charger i Rijket; förthenkul de ock icke allenast hafva
 förtjent all den åhra, respect och anseende, som samma
 åmbete tilkomma och vidhängja, utan ock med förbät-
 tring af ständ, dignitet och vilkor, jämval uppå sin
 döda mull, och när Öfverheten tilförene förmedelst
 deras hastiga fränfälle icke hafver det kunnat gjöra, at
 honoreras och beprydas: Hinc recensentur merita D:ni
 Achatii Tott, & tam præmia & jura, quam officia Clau-
 dii

dii, tandemque circa finem diplomatis hæc adduntur: Därhos och ändock Wij således hafve benådat Grefve Claës Tott med Grefskap och dertil hörige privilegier, likväl medan sidant alt är i respect af hans framledne Faders meriter skedt, och det intet skulle hafva felat honom sjelf, hyar han til Wåra myndige år hade öfverlefvat; Förthenskull wele och förordne Wij, Gjöre det och härmed i detta Wårt öpna brefs kraft, at hans efterlätne Hustru, Os älskelige, Wålborna Fru CHRISTINA BRAHE, bohren Grefvinna til Wisingsborg, Fru til Liu-xala och Lahals Län, skal icke allenast utur detta Gref-skap njuta och bekomma sin lifgeding, efter det sät och ordning, som uti Privilegierne, Grefve ständet gif-ne, beskrifvit är, utan ock hafva och njuta all den respect, heder och åra, som Grefvinnor med rätta tilkommer, och icke annors, än wore Hennes framledne Man en Grefve död &c.

Sed plura in hoc adferre argumento vetat cum fe-s-sinatio tum curta domi supelles.

(a) Histoire Politique du Siècle Tom. I. p. 262.
Le jeune de Tott, Gentilhomme Svedois, eut le bon-heur de lui (la Reine Christine) plaire & elle l'éleva au plus haut rang. Si les Etats avoient voulu l'en croire, ils auroient reconnu ce jeune Seigneur pour l'héritier de Charles Gustave.



